Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6898
Copyright: Wien, Dominikanerkonvent



Fo. XIII

escas eis. Ob eam rem diuus Augusti/
nus vehementer in sermone de pace do/
lendum esse inquit. Si superbi. si impij. si
perfecta caritate carentes pacē ⁊ concor/
diam habeant adinuicem. quoniam sicut
multum nocet inter bonos discordia. ita
multū obest inter malos concordia. Tūc
enim augent omnia pessima que fieri vel
excogitari ab hominibus possunt. quan
do scilicet mali pacifice ⁊ concorditer vi
unt alterꝙ summo studio summaqꝫ ope
nitti debem⁹ amplecti. quo scilicet ad be/
ne agendum ad seruiendum creatori no
stro. ad eius implendam voluntatem de
bemus vniri. quoniam hoc est propter
quod in vnum sumus in monasterio con
gregati. vt in summi dei seruitio vnū ani
mum vnum spiritū. vnum cor. vnāqꝫ mē
tem habeamus. Idcirco iubet vt vnani/
mes habitēt in domo. ⁊ sit nobis anima
vna. ⁊ cor vnum in deo. Nihil enim pro
fecto personarum confert congregatio. si
adsit spiritualium mentium dissensio.
Quid enim prodest. si nos vna continet
dom⁹. ⁊ diuersa se iungit voluntas. Nāqꝫ
multomagꝭ diuina celsitudo ad animo/
rū. q̄ ad loci attendit vnitatem. ⁊ iō an/
nitendum est. vt si personaliter sanguine
natione. moribꝰ. vel quacunqꝫ alia re dif
ferimus. in monasterio ꝓgregati vinculo
simus perfecte caritatis coniuncti. Nāqꝫ
finis nostri ingressus ad monasteriū. no/
streue cohabitationis is est. vt per opera
penitentie expiati. ꝑ spirituales actiones
puri ⁊ initiati effecti. per hanc religionis
bigam. eternam acquiramus felicitatem
Vt enim bonarum mentium vnitas. pax
tranquillitas: concordia. serenitas men/
tis. ⁊ caritas est. que multitudinem ope/
rit peccatorum. q̄ gratiam impetrat. men
tem subleuat. animuꝫ cum deo nectit. q̄e
tem in summo ac superno bono meretur
adipisci. Perinde vates dei excellentissi/
mus Dauid in psalmos cecinit. Ecce q̄
bonum ⁊ q̄ iocundum habitare fratres
in vnum. quod nos in vno pacis vinculo
in vno caritatis feruore. in vno concor/
die nexu degere interpretamur. talis au/
tem conuentus. talis cohabitatio. tal' fra
trum vnio nempe similis est vnguento.
quo linitum Aaron caput extitit. quod
ex capite in eius barbam. ⁊ in ora vesti/
menti fragrans descendit. Similis est ro
ri hermon. qui descendit in montez syon.
quoniam sicut ibi. ita ⁊ in bonorum fra/
trum ⁊ vnanimiter ⁊ concorditer in deo
viuentium domicilio deus maiestatis in/
tonuit. mandauitqꝫ sua magnitudo be/
nedictionem et vitam in seculum seculi.
O ineffabilem fraterne vnionis virtu
tem. Etenim nihil efficacius est ad pro/
piciandum deum fraterna ꝯcordia. Nic
saluator ait. Si duo vel tres ex vobis cō
uenerint in terra. in medio eorum ego sū
⁊ quicquid petierint fiet eis. q̄ si paucis
tanta prestatur fiducia impetrandi. q̄to
magis si plures in monasterio constituti
domino prosternamur diuinorum mune
rum erimus susceptores Amemus igitur
concordiam fratres. sequamur vnanimi/
tatem. cor vnum ⁊ animam vnam habea
mus in deo. vt vnus spiritus efficiamur
cum eo. Nam he sunt primitie spiritus,
quas tonantis dei maiestas in nostre cō/
uersionis exordio a nobis ei iubet offer
ri. eius eterna sapientia clamitante. Fi/
li da mihi cor tuum. nāqꝫ animo corde et
voluntate prius ad eum vecti. inuictissi/
mi aduersariorum efficimur pugnatores
Quid igitur tibi commune est cum dis
cordia frater. Quid simultates amas.
Quid tibi libet. quod tuo nō potuit pla/
cere auctori. Nonne ipsum in euangelio
audis dicentem. Qui non est mecum. cō
tra me. sed quo pacto cū christo esse. aut
cum eo habere concordiam potes. si dis/
cors volueris esse cum christiano. Non/
ne in contumacie crimen laberis. si omit/
tis quod ab eo precipitur. aut ab eo de/
clinas. quod imputatur. Quid exerces in/
micitias quas nec illa euadere potuit. q̄
eas primitus adinuenit. In initio inimi
citias in protho plaustum dū serpens ex
ercuit interfectus est. Perinde Augusti/
nus in libro de verbis domini de sugge/
store protho plaustor inquit. Dū homi/
ni inuidet ipse prosternitur. dum Adam
cupit decipere ipse primitus iugulatur.
Quare aut christi caritatem amplectere
christiane. aut discordie auctori de simili
tudine ipsius opex. parem te esse cogno/
sce. Itaqꝫ si vis in monasterio proficere.
fuge rixas. fuge ꝓtēcōes. fuge emulatōes
⁊ cū oib⁹ frib⁹ deo seruire volētib⁹ ꝯcors